

tur Deus pacis & omnis concordiae piae, propter filium suum unigenitum.

Soli Deo gloria.



Pag. 343.

Consideratio

hodiernae controversiae

de

Christo mediatore & ejus merito,
a cardinale Bellarmino lib. V. de Christo
pertractatae.

CAP. I.

*Qua differitur, secundum quam naturam
Christus sit mediator.*



Christum, qua Deus erat, etiam antequam incarnaretur, inter Patrem & angelos, atque etiam homines, in statu innocentiae constitutos, mediatoris officio functum, perperam arbitrantur multi rigidorum Protestantium, ut Calvinus in epistolis suis ad Polonos, quarum alteram omnium Ministrorum Ecclesiae gene-

Kk 4

vensis